

*A D L E C T O R E M.*

eo simul compingi posset. Hæc editio est accuratissima & correctissima, & vocibus nonnullis, quæ antea, etiam in editionibus Germanicis, Jenensi scil. & Stadensi, omisſæ erant, aucta; adeo ut in hac editione plures voces sint, quam in quinque præcedentibus editionibus.

In componendo hoc Compendio hanc sequutus sum methodum: Concordantias Græcas accuratissime aliquoties percurri, atque omnes voces Græcas in Testamento aliquo Græco virgula subsignavi; ex quibus subsignatis vocibus has sententias, composui easque transtuli, & in chartam conjeci; additis etiam asteriscis in Novo Test. ad voices vel semel vel in vnico versu (licet sæpius) tantum occurrentes.

Versiculi N.T. in universum sunt *septies mille nongenti & quinquaginta novem*: ex iis excerpti *mille & nongentos*, in quibus omnes totius Nov. Test. voces reperiuntur: eos tamen versus non integros, sed tantum partes eorum allegavi, adeo ut hic omittantur versiculi *sexies mille & quinquaginta novem*,

&